





M. S.

Plangite Pierides, feri auscultate nepotes,
 Excessit fors nostra fidem. Passi graviora
 Horremus nos, mens refugit meminisse malorum:
 At vos, quos olim seclorum proferet ordo
 In lucem et patrum sedes, audite docendi
 Has patriæ curas, si quando saxa resolvit
 Fors oculis vestris, queis frons innitur ædis.
 Bis iam octo et unum seclum compleverat ævum
 Septuaginta annosque novem bene verterat: atrox **A. 1779.**
 Sævit tempestas prosternens gaudia nostra.
 Sol medium cæli spatium prope clarus habebat
 Augusti decimum collustrans lumine nonum:
 Ecce furit flammaram vis prorupta nefando
 Fomite, grassatur rabies laxata per urbem,
 Perque ruit vicos, velut æquora turbida volvunt
 Fluctus indomitos. Ah nos, ah cuncta peribunt!
 Omnia coguntur favos considere in ignes,
 Tecta ruunt passim celsoque a culmine turres,
 Scrutari secreta audet vis tramite cæco



Tartara sublatum miserorum conditam opum vim,
Vastatur templum vastanturque scholæ omnes.
Delevit sic una dies nostræ urbis honorem
Et bustum commune sumus!

Plaudite Pierides, feri gaudete nepotes,
Jova iuvat clemens: redeunt artesque scholæque
Et studiis nova templa patent. Hinc cura Senatus
Vere novo capit auspicium: sic prosperat almus
Fatorum Rector miseris spes atque salutem.
Ut patriæ profint, en Patres nomine vero
Non parcunt studio, impensis, omnemque laborem
Infumunt operi vasto, fundoque redempto
Amplificant ædem, ut societ collegia cuncta.
Supremo Jovæ dignas persolvite grates
Proque scholis omnes læti pia vota fovete.
Utere Posteritas maiorum haud immemor unquam.

Adeste, Posteris,

Vobis sacratur hæc pagina, ærumnarum, quæ Maiores exercuerunt, et operum, quæ in Numinis T. O. M. honorem et publicæ rei salutem exstruxerunt, fida magistra. Sub auspiciis Dei Sospitatoris Anno a salute recuperata Millesimo Septingentesimo Octogesimo, vere ineunte, Aedis scholasticæ exitiali incendio funditus sublatae fundamenta iecit Magistratus amplissimus civitatis Hildburghufanæ, solum tribus bustis coemtis ampliavit, ut definito unius iugeri spatio et scholas antea locorum intervallis seunctas et omnium præceptorum ut et Ecclesiæ Diaconorum domicilia committeret, lapidemque *disponitur* die 25, Aprilis eius anni fausto omine rite statui et hanc scriptionem condi iussit.

Placidi vitam degimus Ducatus Saxo-Hildburghufani cives sub placidissimo et clementissimo Regimine Serenissimi Principis, Domini nostri, Domini

ERNESTI FRIDERICI CAROLI,

Ducis Saxonæ, Iuliæ, Cliviæ, Montium rel.
dilectissimi Patris Patriæ — Pieridum cui templa patent, vatumque Ducumque Certatim frondent circum pia tempora lauri — quem una cum Serenissima Coniuge Principe, Domina

ERNESTINA AVGVSTA SOPHIA;

et cum Serenissimo Principe iuventutis Domino

FRIDERICO,

populi amore et deliciis; pariterque cum omni Serenissimæ Domus Saxoniae profapia Numen summum salvum incolumemque præstet, fortunet, beet quam diutissime.

Funguntur hac nostra ætate publicis reipublicæ muneribus

I) In Supremo Senatu Regiminis et Consistorii.

Conrad. Friedlieb de Lillienstern, Consiliarius intimus.

Joann. Christoph. Brunnquell, Consiliarius intimus Regiminis, ut et Consistorii et comitorum provincialium.

Ernst. August. Strasser, Consiliarius aulicus, Consistorii, ut et Præfectus primarius Præfecturæ Heldburgensis.

Ernst. Frider. Carol. de Beck, Principi Seren. ab interioribus cubiculis, ut et Consiliarius Regiminis et Consistorii.

Just. Siegfried de Koppensels, Principi Seren. ab interioribus cubiculis, ut et Consiliarius Regiminis et Consistorii.

Joann. Petrus Roeder, Consiliarius Regiminis et Consistorii.

II) A tabulis et instrumentis publicis curandis et asserendis sunt

Joann. Frider. Guilielm. Otto, Consiliarius et intimarum tabularum nec non rei feudalis Secretarius.

Joann. Frider. Guilielm. Strasser, Consiliarius, ut et Regiminis et Consistorii Secretarius.

Joann. Gottfried Barfels, Secretarius ab Expeditionibus, ut et tabellaris publicis Præfectus.

Ernst. Frider. Carol. Obtrlander, Secretarius a tabulario.

Joann. Guilielm. Philipp. Gildner, Registrator a tabulis secretariis.

Frider. Justicus Gottfried Otto, Scriba publicus a tabulis secretariis.

Guilielm. Frider. Vogel, Registrator.

Ernst. Bernhardt Frider. VVager, Secretarius.

Erdmann Stegmann Bismann, Scriba publicus.

III) Amplissimus Magistratus civitatis Hildburghusane sic habet:

Joann. Christoph. Schmalz, Consul.

Joann. Andreas Beckmann, Syndicus.

Joann. Christian. Henric. Fischer, Consulis Vicarius.

Senatores:

Joann. Conrad Krausich. Joann. Nicolaus Mauer, urbanae cohortis succenturio. Casp.

Frider. VVeber. Christoph. Michael Eyring, ærarii tribunus. Joann. Nicolaus Lobenstein,

sculenrorum ælimationi præfectus. Elias Christoph. Kühner, Aedilis, Censu

curator et sacri ærarii præfectus. Joann. Georg. Geusler, Dispenlator.

Inferioris ordinis membra:

Tribuni civitatis: *Joann. Adam VVeigand*, Hieronymus Eger, *Joann. Balhaf. Eischer*, *Joann. Christoph Bauer*,
Joann. Gostfried Jaackel, Consulis delegatus. *Joann. Martin. Hellmuth*, Aedilis secundarius.
Frider. Christ. Gützig, Dispensator secundar. *Joann. Melchior Banz*, assiman-
dis efulentis adiunctus.

IV) Ministerium Ecclesiasticum explent:

Ernst. Frider. Carol. Doehner, Superintendentens Vicarius, Archidiaconus, ut et a Concio-
nibus sacris aulae et militiae provincialis.
Joann. Christoph. Gendner, Diaconus ecclesiae urbanae et aulicae.
Joann. Adam Zader, Diaconus ecclesiae aulicae.
Joann. Andreas Gensler, Diac. eccl. aul. Concion. matutinus et Pastor eccl. Neopolitanae.
Guillelm. Clericus, Ministerii Ecclesiasti. Collaborator.

V) Ministerio Scholastico funguntur.

Christian. Frider. Carol. Dressel, Scholae Rector. Conrectoris locus vacuus.
Joann. Andreas Griger, Cantor et Collega III.
Joann. Paul. Hummel, Organist. eccl. urbanae et Collega IV.
Justus Petrus Anton. Schumann, Organ. eccl. aul. et Coll. V.
Joann. Georg. Krenschauß, puellarum praeceptor superior.
Elias Frider. Dotzauer, puellarum praeceptor inferior.

Præfetti operi faciundo sunt

Joann. Christoph. VVenzler, *Joann. Martin. Hoff*, *Joann. Adam Gränbner*, præfetti muro-
rum structoribus. *Joann. Jacob Buck*, præfectus fabrum lignariorum.

PRINCEPS et Proceres, Patres cum Civibus una
Cumque scholis Clerus cordi **TIBI** sint DEVS almae!

autoritate Amplissimi Magistratus civitatis Hildburghusanae scripsit

C. F. C. Dressel, Scholæ Rector,
die 27 April. Anno A. S. R. CIDIJCCCLXXX.

GEORGIUS ANDREAS PENZOLD, Typographus aulicus.

Wd 3194

40

ULB Halle 3
001 944 24X



TA-22L


W018
V017
D

M.C





92



M. S.

Plangite Pierides, feri aufc
 Excessit fors nostra fidem.
 Horremus nos, mens refugit n
 At vos, quos olim seclorum p
 In lucem et patrum sedes, auc
 Has patriæ curas, si quando fa
 Fors oculis vestris, queis frons
 Bis iam octo et unum seclum comp
 Septuaginta annosque novem bene v
 Sævit tempestas prosteruens gaudia n
 Sol medium cœli spatium prope cla
 Augusti decimum collustrans lumine
 Ecce furit flammaram vis prorupta
 Fomite, grassatur rabies laxata per
 Perque ruit vicos, velut æquora t
 Fluctus indomitos. Ah nos, ah
 Omnia coguntur sævos considerare in ignes,
 Tecta ruunt passim celsoque a culmine turres,
 Scrutari secreta audet vis tramite cœco

